ad sub3.vt ois hō icipit currere:⁊ tūc ꝯuertat̄ sic.aliqd
incipiēs currere est hō.eodē mō dicat̄ de alijs hō.⁊ de
ppōnib⁹ in gb⁹ ponit̄ h vbū desinit.¶ Ultimo est no
tandū.ꝙ si gs vult ꝯuertere exclusiuā affirmatiuaz de
pñti ꝯuertat eā nō in exclusiuā:s3 in vlez affirmatiuā
trāsponēdo terminos.vt tm̄ aial est hō.ergo ois homo
est aial.eodem modo dicat̄ de alijs.hoc de tertio.
Ad pᵐ **Ad rōnes.** Ad pᵐ negat̄ ꝙ illa:oē aial est hō.nō
ꝯuertat̄ ꝑ accñs.Ad pbationē ꝯcedit̄
ꝙ ꝯuertit̄ in hāc.aligs hō est aial.⁊ ꝯcedit̄ ꝙ falsa cō-
uertit̄ in verā:nec h est icōueniēs.vñ versus.Ex falso
vex.ex vero nō nisi vex.S3 icōueniēs eēt si ex vo seq̄ Ad 2ᵐ
ret̄ falsu3.¶ Ad 2ᵐ negat̄ ꝙ ista nō ꝯuertat̄.ois popu
lus est.⁊ ꝯcedit̄ ꝙ ꝯuertit̄ in istā.aliqd ens est populus
capiēdo ly ens pticipialr ꝑ exñs.Ad iprobatōez qn̄ dr̄.
hec est falsa.aliqd ens est populus.negat̄ h ad sensum
pdictū.Ad pbationē negat̄ in eodē sensu ista. nullum
ens est populus.imo aliqd exñs ē populus:sic̄ populus
exīstit.ꝯcedit̄ tn̄ ꝙ nullu vnū est populus.⁊ negat̄ ꝯñ-
tia.igit̄ nullū ens est populus capiēdo ens mō pdicto.
⁊ si dicat̄ ꝙ ens ⁊ vnu3 ꝯuertunt:ꝯcedit̄ istud capiēdo Ad 3ᵐ
ens noialr.⁊ sic nō capit̄ in ꝓposito.¶ Ad 3ᵐ negat̄.ꝙ
hec nō ꝯuertit̄.ois hō est aligs hō.ꝯcedit̄ tn̄ ꝙ ꝯuerti
tur in hāc.aliqd qd est aligs hō est hō.⁊ est ꝯuersio re
ductiua.vł in hāc.aligs hō est hō.⁊ ēt est reductiua:q2
pdicatū pᵉ in nulla istaꝝ est sub3.ꝯcedit̄ ēt ꝙ nō ꝯuer-
tit̄ in istā.aligs aligs hō est hō:q2 illa est icpta:vex est Ad 4ᵐ
ēt ꝙ ꝯuersiōe ppriissime dcā nō ꝯuertit̄.¶ Ad 4ᵐ ne
gat̄ ꝙ ista:ois hō est nullus asin⁹.nō ꝯuertit̄ ꝑ accñs.⁊
silr negat̄ ꝙ ipsa ꝯuertit̄ in hāc.nullus asin⁹ est hō.⁊ cā
est:q2 tps copule in pᵃ nō distribuit̄.⁊ in 2ᵃ si sit vlis ne
gatiua distribuit̄.mō ex nō distributo non seq̄t̄ distri- Ad 5ᵐ
butū:s3 qūo ꝯuertit̄ videat̄ in pᵃ ꝯne.¶ Ad 5ᵐ negat̄
ꝙ vlis affirᵃ ꝯuertit̄ simplr gr̄a forme gcqd sit de ꝯñ-
tia.Ad pbationē pᵐ ꝯcedit̄ ꝙ mālr bene seq̄t̄:ois hō
est asin⁹.ğ ois asin⁹ est hō:s3 gr̄a forme nō:q2 nō seq̄t̄.
ois hō est suba.ğ ois suba est hō.¶ Ad 2ᵐ pbationez
ꝯcedit̄.ꝙ bene seq̄t̄.ois planeta lucidissim⁹ est ois sol.ğ
ois sol ⁊c̄.s3 nō est ꝯuersio:q2 min⁹ est subm 2ᵉ ꝙ̄ pdica
tū pᵉ.⁊ h dr̄ in 2° nōbili.¶ Ad 3ᵐ pbationē negat̄ ꝙ
ista ꝯñtia valeat.ois hō est aial.ğ oē aial est hō. Ad p-
bationē dr̄ ꝙ ex opposito ꝯdictorio ꝯñtis nō sequit̄ ꝯ-
dictoriū añtis.⁊ iō ꝯñtia nō valet.nō.n.seq̄t̄ aliqd aial
nō est hō.ğ aligs hō nō est aial:s3 bñ vex est ꝙ ex isto
ꝯrio ꝯñtis seq̄t̄ opp^m ꝯriū añtis.s3 h nō sufficit ad hoc
ꝙ ꝯñtia sit bōa.oporteret.n.ex opp^m ꝯdictorio arguere.
¶ Ad 2ᵐ ꝯcedit̄ tot⁹ pcessus vsq3 ad ꝯñtiā q̄ arguit̄.
nihil aliud ab aiali est hō.ğ nihil nō idem aiali est hō.
Et istā dr̄ distiguēdo ꝯñs.eo ꝙ ly nō.pt eē negō negās
⁊ sic negat̄ ꝯña:q2 ꝯñs tm̄ valet sic̄ h.oē idē aiali ē hō.
Alio⁹ ly nō.pōt eē negō ifinitās.⁊ sic ꝯcedit̄ ꝯña ⁊ ꝯñs.
⁊ qn̄ dr̄ nihil nō idē aiali est hō.ğ oē idē aiali est hō:in
isto sensu pdicto negat̄ ꝯñtia.¶ Ad regulā dr̄ ꝙ negō
postposita qn̄ est negās eqpollet suo ꝯrio.mō in ꝓposi-
to est ifinitās.iō rō nō pcedit.¶ Ad 4ᵐ dr̄ ꝙ phs 2°
hui⁹ voluit.ꝙ vlis affirᵃ gr̄a mãe in terminis ꝯuertibili-
bus ꝯuertit̄ simplr.nō tn̄ h voluit gr̄a for^e. iō rō nihil
ad ꝓps.¶ Ad tres vltimas rōnes p3 qd sit dcē3 ꝑ 3ᵐ ar
ticulū.¶ Rō post opp^m est pro scd̄a ⁊ tertia ꝯnibus se
cundi articuli.hec de qōne. Qō XIIII.

¶ Particularē aūt affirmatiuā qdē ꝯuerti ne-
cesse est de eo qd est inest pticulr.caplo eodē.



Onsequenter 14° querit̄.vtrum
q̄libet particlaris
affirmatiua ꝯuertat̄ simplr.arguit̄ pmo ꝙ
nō.q2 pticularis affirᵃ ꝯuertit̄ per accñs.ğ
nō simplr:ꝯñtia videt̄ tenere:añs declat̄ ꝑ
q2 ista.aligs planeta est ois sol.ꝯuertit̄ in istā vlez affir
matiuā.ois sol est planeta.silr ista. aligs hō est sortes.
ꝯuertit̄ in istā.sor.est hō.singularē affirmatiuā.⁊ ista ē 2°
ꝯuersio per accñs:q2 mutat̄ q̄ntitas.¶ 2° sic.ponat̄ ꝙ
nullus vir currat.tūc ista est pticularis affirmatiua.ali
qua mulier currens est hō.⁊ nō ꝯuertit̄ simplr.igit̄ ⁊c̄.

ꝯña t3

ꝯña tz ꝛ maior rõnis pz de se. mior declaꝛ: qꝛ si ꝯuerte-
reꝛ h eẽt in hãc. qdã hõ est mlier currẽs. mõ hec est fal
sa. qꝛ signat tñ ꝙ aliqs hõ masculus est mulier currẽs
respcũ hui⁹ signi qdã hõ. h est mãifeste falsum: añs tñ
3° fuit vep. s. ꝙ aliq̃ mulier currẽs est hõ per casum. ¶ 3°
sic. pticularis negª nõ ꝯuertiꝛ simplr. igiꝛ nec pticula
ris affirª. ꝯñtia videꝛ tenere: qꝛ nõ videꝛ potior rõ de
4° vna q̃3 de alia: añs pz per phm in lra. ¶ 4° ex pticulari
nihil seqꝛ. g̃ ipsa nõ ꝯuertiꝛ simplr. ꝯñtia tz: añs pz: qꝛ
ex plibus pticularib⁹ nihil seqꝛ phs in p̃ hui⁹. g̃ nec ex
5° vna. ¶ 5° vlis affirª nõ ꝯuertiꝛ simplr. g̃ nec pticula-
ris affirª. ꝯñtia pbaꝛ: qꝛ videꝛ ꝙ vlis affirª sit maio-
ris virtutis ad iferẽdũ sibi silez: puta vlez aliã affirma
tiuã q̃3 pticularis ad iferendũ sibi silem. añs est phi in
6° lra. ¶ 6° singularis affirª nõ ꝯuertiꝛ simplr. g̃ neq3 pti
cularis. ꝯña pz: qꝛ idẽ est iudiciũ de pticularib⁹ ꝛ singu
larib⁹ affirmatiuis saltẽ: añs ẽ euidẽs: qꝛ illa: sor. est hõ.
ꝯuertiꝛ in istã. hõ est sor. ꝛ ista nõ est ꝯuersio simplex.

In oppositũ est phs in isto primo. ¶ In ista qõne premittenda notabilia. se
cundo respondendum est ad conclusionem.

Quantũ ad p̃m. p̃ sciẽdũ est ꝙ titulus qõnis itelli
giꝛ de ꝓpõnib⁹ de ineẽ de pñti: ꝛ de recto
ꝛ in q̃ nullus poniꝛ termin⁹ ampliatiu⁹. ¶ 2° est notan
dũ ꝙ pticularis affirª in cui⁹ p̃dicato poniꝛ terminus
cõis distribut⁹ signo vli affirª bñ ifert vlez affirmati-
uã formalr: s3 tñ nõ est ꝯuersio: sic seqꝛ. aliq̃ suba est ois
de⁹. g̃ ois de⁹ ẽ suba. ꝙ ãt hec ꝯña sit bõa: pz: qꝛ si aliqs
termin⁹ distribut⁹ affirmeꝛ de h termio suba. tũc talis
termin⁹ ẽt affirmabiꝛ de eo distributo. ꝙ aũt nõ sit cõ
uersio: pz: qꝛ min⁹ est subm 2ᵉ q̃3 p̃dicatu3 p̃ᵉ: qꝛ in p̃ª ly
ois sol est p̃dicatũ. ꝛ in 2ª solũ ly sol est sub3. ¶ 3° est no
tãdũ: qꝛ in hõ ꝯuersiõe freq̃ter mutaꝛ nũerus silr ꝛ
gen⁹. exẽplũ. vt aliqd totũ est sue ptes. ꝯuertiꝛ. igiꝛ ali-
que ptes sunt totum. aliq̃ suba est aial. ꝯuertiꝛ. g̃ aliqd
aial est suba mutãdo gen⁹ signi. ¶ 4° est notãdũ: ꝙ sp
est aduertẽdũ in illa ꝯuersiõe ꝛ p̃dictis ꝙ termini i cõ
uertente: ꝛ ꝯuersa supponãt p eisdẽ ꝛ eque restricte. ꝛ iõ
ista. hõ est spẽs. nõ dz ꝯuerti in hãc. spẽs est hõ: qꝛ in p̃ª
ly hõ supponit pro terminis. ꝛ in 2ª p reb⁹ ecꝛ. S3 poti⁹
sic. spẽs ẽ iste termin⁹ hõ: ꝛ ita dicaꝛ de silib⁹. hec de p̃°.

ꝯ p° Quantũ ad 2m. sit p̃ª ꝯ h. pticlaris affirª de p̃dica
to singulari ꝯuertiꝛ p accñs ꝓprijssime
in singlarẽ. pz: qꝛ optima ꝯuersio est. aliqs hõ est sortes.
ꝯ 2° g̃ sor. est hõ. ¶ 2ª ꝯ est hec. nõ ois pticularis affirª põt
ꝯuerti simplr ꝯuersiõe ꝓprijssime dicta. pz: qꝛ instãtie
sunt de istis. aliqs hõ est sor. que ꝯuertiꝛ in singularẽ. ꝛ
aliqs planeta est ois sol. que ꝯuertiꝛ in istã. aliqd qd est
ois sol est planeta. ꝛ de ista. aliqs hõ est nullus asinus.
que ꝯuertiꝛ in istã. aliqd qd est nullus asin⁹ est hõ. ꝛ nõ
sunt ꝓprijssime ꝯuersiões iste due vltime: qꝛ plus est in
ꝯ 3° eis subm ꝯuertentiũ q̃3 p̃dicatũ in ꝯuersis. ¶ 3ª ꝯ est.
ois pticularis de p̃dicato cõmuni capto sine aliquo sin
cathegoremate. ꝛ in q̃ nulla est aliena restrictio põt cõ
uerti simplr ꝯuersiõe ꝓprijssime dicta. vt aliqd aial est
suba. g̃ aliq̃ suba est aial. ꝛ pbaꝛ ꝯñtia 2ᵉ. p̃ qꝛ formalr
ex opposito ꝯñtis seqꝛ oppm añtis. seqꝛ. n. nulla suba est
aial. igiꝛ nullũ aial est suba: qd est oppm añtis: ꝛ ista ꝯñ-
tia tz per ea que dicta fuerũt in qõne. xiª. Scdo pbaꝛ
eadẽ ꝯñtia ex põne: qꝛ ex quo aliqd aial est suba sic po
nit añs: signeꝛ illud. ꝛ sit sor. ꝛ arguiꝛ sic. h demõstrato
sorte. ẽ aial. ꝛ hec est suba. g̃ aliq̃ suba est aial: q̃ sit ꝯña
p̃ᵉ ꝯñtie. ꝛ patẽt ambe p̃missie: eo ꝙ per ly: hoc demñaꝛ
ꝯ 4° aial qd est suba. ¶ 4ª ꝯ est hec. quelibet pticularis af-
firmatiua põt ꝯuerti simplr cõuersione reductiua vel
ꝓpe dicta. ista ꝯ patebit soluẽdo rõnes ad 3riũ factas:
qꝛ de nulla apparebit instãtia. hec de secundo articulo.

Ad rõnes ad p̃m qñ dꝛ pticularis affirª ꝯuertiꝛ
per accñs. ꝯcediꝛ de particulari affirª
cui⁹ p̃dicatũ est termin⁹ singularis: s3 negaꝛ ꝯñtia. g̃ nõ
ꝯuertiꝛ simplr. nã nullũ est icõueniẽs eãdẽ ꝓpõnẽ cõ-
uerti simplr ꝛ per accñs. ¶ Ad pbationẽ añtis: qñ dꝛ
ꝙ bene seqꝛ. aliqs planeta est ois sol. g̃ ois sol ꝛc. ꝯcedi
tur ꝙ bene seqꝛ. s3 nõ est cõuersio. ꝛ de h est dcm in 2°
notabili. ¶ Ad 2m pbationez ꝯcediꝛ ꝙ ista. aliqs hõ
est sor. ꝯuertiꝛ per accñs. s. in istã. sor. est hõ. ꝛ hec dice-
baꝛ in p̃ª ꝯne. cũ h tñ stat ꝙ eadẽ põt ꝯuerti simplr re
ductiue sic. aliqd qd est sor. est hõ. ꝛ sic rõ nõ est ꝯ dcã.
¶ Ad 2m admittiꝛ casus: ꝛ negaꝛ ꝙ illa aliq̃ mulier Ad 2um
currẽs est hõ. nõ ꝯuertaꝛ simplr. negaꝛ etiã ꝙ ipsa de-
beat ꝯuerti in hac. qdã hõ est mulier currẽs. supposito
ꝙ ly qd restringat: s3 ꝯuertereꝛ in hãc: qd hõ est mulier
currẽs. vl id qd est hõ currẽs est mulier. vt ly hõ suppo
nat equalr ample in ꝯuertente sicut in ꝯuersa. ꝛ hec est
vera sicut p̃ª. ¶ Ad 3m negaꝛ ꝯñtia qua ifert pticula- Ad 3um
ris negª nõ ꝯuertiꝛ. igiꝛ nec affirª. dꝛ ẽt ꝙ nõ est sile:
qꝛ ꝯuertẽdo pticularẽ negatiuã de mõ loquẽdi ꝯsueto
sub3 nõ distributũ in ꝯuersa fieret p̃dicatũ distributũ
in ꝯuertẽte. ꝛ iõ ipsa negꝛ ꝯuerti. nõ sic est de pticulari
affirª: qꝛ in eius ꝯuertẽte nullus terminus distribuiꝛ.
¶ Ad 4m negaꝛ añs. s. ꝙ ex pticulari nihil seqꝛ. Et ad Ad 4um
pbationẽ negaꝛ silr ꝙ ex plib⁹ pticularib⁹ nihil seqꝛ.
Ad phm p̃ hui⁹ dꝛ ꝙ voluit dicere ꝙ ex puris pticula-
rib⁹ nihil seqꝛ syllogistice. tñ aliqd seq ꝯuersiue seu en-
timematice nũq̃3 voluit negare. ¶ Ad 5m negaꝛ ꝯñtia Ad 5um
qua dꝛ vlis affirª nõ ꝯuertiꝛ simplr. g̃ nec pticularis.
Ad pbationẽ negaꝛ ꝙ vlis affirª est maioris virtutis
ad iferẽdũ sibi silez q̃3 pticularis affirª ad iferẽdũ sibi
silez. ꝛ rõ est: qꝛ p̃dicatu vlis affirª nõ distribuiꝛ. mõ si
ipsa ꝯuertereꝛ simplr ipm fieret subm ꝛ distribuereꝛ.
ꝛ sic ex nõ distributo iferreꝛ distributũ. talẽ ãt pom nõ
hz vlis affirª. s3 in pticulari affirª nullus terminus di
stribuiꝛ. ꝛ iõ põt iferre aliã. ¶ Ad vltimã negaꝛ ꝯña q̃ Ad 6um
dꝛ singularis affirª nõ ꝯuertiꝛ simplr. g̃ nec pticularis
rõ est: qꝛ ꝓpõnis singularis p̃dicatu est termin⁹ cõis: ꝛ
iõ ꝯuertiꝛ in pticularẽ vl idefinitã: ꝛ sic mutaꝛ q̃titas
q̃re non est ꝯuersio simplex. In pticulari nõ opz muta
re q̃titatẽ: ꝛ iõ nõ est sile. Ad auctoritatez Pe. hispani
dꝛ ꝙ voluit dicere. ꝙ de pticlari ꝛ singlari affirmatiuis
idẽ ẽ iudiciũ quo ad ꝯuerti: s3 nõ q̃ ad ꝯuerti eodẽ mõ.
¶ Rõ p⁹ oppm est p duab⁹ vltimis ꝯnib⁹. hec de qõne.

¶ Questio ista consequenter mota est super textu supe-
rius posito ꝛ capitulo eodem. Questio. XV.



Querit is. vtꝝ ꝓpões de ptõ ꝛ futuro ꝯuertanꝛ sic alie de ineẽ de pñti.
Et arguiꝛ p̃ ꝙ nõ: qꝛ illa est vã. nlla vgo fuit
mulier. ꝛ si ꝯuertereꝛ: ꝯuertereꝛ in falsam. s.
in hãc. nulla mulier fuit vgo. igiꝛ nõ ꝯsilr cõ
uertunꝛ ille de ptõ sic iste de pñti. ꝯña est nõ. ꝛ añs p p̃ª
parte pz: qꝛ nulla que nõ est vgo fuit mulier. ꝙ aũt alia
sit falsa pz: qꝛ sua ꝯdictoria est vã. aliq̃ mulier fuit vir-
2° go. ¶ 2° sic: qꝛ ista. aliqs hõ moriebaꝛ non ꝯuertiꝛ. ꝛ si
ꝯuertereꝛ: cõuertereꝛ in falsam. s. hãc. qd moriebaꝛ est 2°
hõ. mõ ista est manifeste falsa. g̃ ꝛc. ꝯñtia nõ: ꝛ añs silr.
¶ 3° sic. hec de ptõ est vã. aliqs hõ est mortu⁹: ꝛ nõ ꝯuer 3°
tiꝛ: sic illa de pñti. g̃ ꝛc. ꝯñtia tz: añs p p̃ª pte. pz p cõez
loquelã. ꝛ p 2ª parte apparet: qꝛ si ꝯuertereꝛ: ꝯuertereꝛ
in hãc. aliqd mortuũ est hõ. q̃ est falsa: ꝛ iõ nõ dz ꝯuer-
ti. Deinde ꝙ ꝓpões de futuro nõ ꝯuertanꝛ: sic ille de
pñti. pbo qꝛ illa est vã. nulla mulier erit vgo: ꝛ est de fu

turo:qz illa q̄ iā est mulier nūq̄ postea fiet vgo.si ɔuer
tereť:sic ille de p̄nti ɔuerteret in falsaz.s.hāc.nulla vir
go erit mulier.g̃ nō sunt silr ɔuertēde ꝓpōnes de futu
ro ⁊ de p̄nti.℄ 4°.qz illa est vā.aliqs hō est gñāndus.⁊
est de futuro eo q̄ āticħrs ē gñāndus:⁊ si ɔuertereť: cō
uertereť l falsaz.s.hāc.aliqd gñāndū ē hō.g̃ n̄ sūt ɔsilr
ɔuertēde ille d̄ futuro:⁊ ille d̄ p̄nti:ɔn̄a ē nō.⁊ añs silr.

In oppositū arguiť.sic se hʒ p̄ns ad p̄ns ita se hʒ ptm̄ ad ptm̄:⁊ futurū ad futu
ruz.iō sic p̄ns ɔuertiť in p̄ns.ita ptm̄ ɔuertiť in ptm̄.⁊
futurū in futurū:ɔn̄tia pʒ:⁊ añs ēt ɔuenieti siłitudine.
℄ 2° nisi sic Ari.īsufficiēter determinasset de ɔuersiōi
bus.ħ est icōueniēs.⁊ ꝓbať ɔn̄tia:qz nullā mētionē fe
cisset de ɔuersiōib⁹ illaꝝ de ptō vel futuro.℄ 3° qz se
q̄reť q̄ sylli ex illis de futuro vel de ptō in 2ª vl in 3ª fi
gura facti nō possent ꝑfici per p̄ᵐᵃᵐ figurā.ɔn̄s est icōue
niēs:qz tales sylli sunt de esse ipfecti:iō idigēt ꝑfectio
ne p alios syllos ꝑfectos.⁊ ꝓbať ɔn̄a:qz talis reductio:
vt in plib⁹ dʒ fieri p ɔuersionē p̄missaꝝ.mō si ipse nō
p̄nt ɔsilr ɔuerti tūc l illis de futuro hec ɔuersio nō p̄t
fieri.g̃ nō pōt reduci.qd erat ꝓbādū.℄ In ista q̄ōne p̄
p̄mittēda sunt notabilia.⁊ 2° respōdendū est ad q̄ōnē.

Quantū ad p̄ᵐ.p̄° est notādū q̄ duplices sūt ꝓpō
nes de ptō.aliq̄ expsse.puta:qz l eis copu
la est de ptō.vt hō fuit aīal.aliq̄ occulte:qz p̄dicatuz in
eis est ꝑticipium pti tpis.vt hō est corrupt⁹.Eodē mō
dicať de illis de futuro.Exēplū de p̄mis.hō est aīal.exē
plū de scd̄is.hō est gñāndus.de p̄mis aūt itelligiť qd:
puta de illis que expsse sunt de ptō vel futuro. de alijs
diceť in alia ɔne.℄ 2° notādū est q̄ subm in ꝓpōnib⁹
2° de ptō āpliať ad supponēdū p eo q̄ est vel fuit. Silr
in illis de futuro āpliať ad supponēdū p eo q̄ est vel
erit.Exēplū.hō moriebať.in ista ly hō āpliať ad suppo
nēdū p hoīe q est vel fuit.Silr in ista.hō gñābiť. am
pliať ly hō ad supponēdū p eo q̄ est vl erit.℄ 3° est no
3° tādū q̄ aliq volūt tales ꝓpōnes exponere p disiuncti
uā.exēplū:vt hō moriebať.exponūt eā sic.qd ē hō mo
riebať.vel qd fuit hō moriebať:⁊ minus bene:qz p̄ª est
vna ꝑticlaris cathegorica.g̃ per disiūctiuā nō dʒ expo
ni:sʒ magis p ꝓpōnē de disiūcto extremo:vt hō morie
bať.i.hō q est:vel hō q fuit moriebať:⁊ iste est melior
modus exponēdi.Si āt subm distribuereť tūc expone
reť p ꝓpōnē de copulato extremo:vt oīs hō moriebať
expōiť sic.g̃ oīs hō q est:⁊ oīs hō q fuit moriebať.eodē
mō dicať de illis de futuro.q̄ autē termini sic āpliant
satis hr̄ a pħo p̄ elēchoꝝ cap̄ 4°.℄ 4° est notādū q̄ in
ꝓpōne de ptō p̄dicatū solū suppōit p eis que fuerunt.
Eodē mō in ꝓpositionibus de futuro p̄dicatū solū sup
ponit pro eis que erūt.exemplū vt in ly album in ista
homo fuit albus.supponit soluz pro albis que fuerunt.
Dubiuz ℄ Sʒ diceret qs.que est cā q̄ p̄dicatū solū supponit p
signatis que fuerūt.subm aūt supponit indifferēter tā
Rº p eis que fuerūt:q̄ȝ p eis que sunt.℄ Rñdeť q̄ cā est
nā vbi qd terminū p̄cedētē āpliat ad standū p eis que
sunt vel fuerūt.terminū aūt sequētē restringit ad solū
Dubiuz stādū p eis que fuerūt.℄ Et si dicať vñ venit vbo hō
Rº ptās.Rº q̄ nō ex alio nisi ex mō itelligēdi apud itelle
ctū.talr aūt vbū dr̄ āpliatū qualr itells p ipm ɔsueuit
ɔcipe:⁊ iō vltimata cā oīs āpliatiōis ⁊ restitutiōis nō
Corʳᵐ est alia q̄ȝ nālis modus itelligēdi ipsi⁹ aīe.℄ Ex his se
q̄ť correlarie hāc eē vāz.mulier erit vgo:sic hec.que est
vel erit mulier erit vgo.mō māifestū est q̄ aliq̄ q̄ erit
2ᵐ corʳᵐ mulier erit vgo:vt puella cras nascitura.℄ Silr seq̄ť
hāc eē vāz.hō cētū ānoꝝ erit puer:qz qd est vl erit hō
3ᵐ corʳᵐ cētū ānoꝝ erit puer.mō ħ verū vt p̄us.℄ Eodē mō se

quiť hāc eē verā.virgo fuit corrupta.vgo vni⁹ diei ge
nuit 4ºʳ pueros:qz expōiť sic.qd est vl fuit vgo fuit cor
ruptū.silr qd est vel fuit vgo vni⁹ diei genuit 4ºʳ pue
ros:⁊ ille ambe vere sunt pro muliere hn̄te 4ºʳ pueros.
℄ Ultimo est notandū q̄ in ɔuersiōe istarū p̄ncipalr
dʒ saluari:vt termin⁹ in ɔuertēte ⁊ in ɔuersa supponat
equaliter ample:⁊ equaliter restricte.hec de primo.

Quantū ad 2ᵐ sit p̄ª ɔ̄ hec.Opʒ in ɔuersiōe istaꝝ frequēter mutare copulā.pʒ:qz ɔuertē
do istā.hō moriebať.dicimus.qd moriebať est vel fuit
hō:vt ly hō suppōat eq̄lr ample in ɔuertēte sic in ɔuer
sa.silr in ɔuertēdo istā.aliqd aīal curret:opʒ dicere. ali
qd qd erit currēs est vel erit aīal.vt termini in vtraqz
stent eque ample.℄ 2ª ɔclusio respōsalis est.ꝓpōnes ɔ̄ 2ª
de preterito ⁊ futuro ɔuertunť similr:sicut ille de pre
senti:addito q̄ fiant mutationes copule sʒ q̄ dictū est
in precedenti ɔ̄ne:sic.s.q̄ termini in ɔuertente ⁊ ɔuer
sa supponāt equalr ample per rōnes factas post oppᵐ.

Ad rōnes ad p̄ᵃᵐ negať q̄ hec est vā:nulla virgo fuit mulier:qz sigñat q̄ nulla virgo q̄
est ⁊ nulla virgo que fuit:fuit mulier.mō est falsuz.Et
qn̄ dr̄ q̄ vgo que est nō fuit mulier.ɔcediť:sʒ cū ħ stat
q̄ virgo que fuit:fuit mulier:⁊ iō ista vlis est falsa.Si
petať q̄uo ista dʒ ɔuerti.dr̄ q̄ in hāc.nulla que fuit mu
lier est:vl fuit virgo.eodē mō dicať.℄ Ad 2ᵃᵐ ɔcediť Ad 2ᵐ
q̄ hec est vera.aliqs hō moriebať:sʒ dr̄ q̄ nō dr̄ ɔuerti
in hāc.qd moriebať ē hō:sʒ in hāc.qd moriebať est vl
fuit hō:⁊ ista est vera.℄ Ad 3ᵃᵐ dr̄ q̄ nō est ad p̄ns:qz Ad 3ᵐ
arguit de ꝓpōnib⁹ occulte.℄ Ad 4ᵃᵐ negať q̄ hec est Ad 4ᵐ
vā.nulla mulier erit virgo:qz ɔ̄dictoria ei⁹ vā.aliq̄ mu
lier erit virgo:vt pʒ ex p̄ articulo:nā aliq̄ que erit mu
lier erit vgo.Ad ꝓbationē ɔcediť:q̄ ista que est mulier
nō erit vgo:sʒ ista q̄ erit mulier erit virgo:⁊ ɔuertiť in
hāc.nulla vgo que erit est vel erit mulier.⁊ illa est fal
sa:sic pʒ.℄ Ad 5ᵃᵐ dr̄ q̄ nō ē ad p̄ns:qz arguit de illis d̄
futuro occlte.Rōnes p̄° oppᵐ sūt p 2ª ɔ̄ne. Hec d̄ q̄ōne.
℄ Ista ɔ̄iter moueť nō sup textu pħi:sʒ supra dictis in
q̄ōne precedenti ab ipso Marsilio. Qō. XVI.

Querit 16°.vtꝝ copula existē de p̄nti:⁊ p̄dicato existē ꝑticipio preteriti
vel futuri tpis:vl termio terminato in bile
vel in tiuuz subm possit ampliari.⁊ arguiť
p̄° q̄ nō.copula existē de p̄nti hui⁹ subm nō
pōt ampliare p̄dicatū:g̃ nec tale p̄dicatū pōt ampliare
subm.ɔn̄tia tʒ:qz nō videť maior rō q̄re a pte p̄dicati
possit ampliare subm q̄ȝ a pte subti possit ampliare p̄di
catū.⁊ añs pʒ:qz nullus dīcet q̄ in ista.mortuū est hō.ly
hō.ampliareť q̄uis a pte subti ponať ꝑticipiū pti tpis:
⁊ iō ꝓpō p̄dcā ɔsueuit negari.℄ Cōfirmať sic:subz ma Confirmatur.
gis deberet ampliare p̄dicatū q̄ȝ eɔ̄.g̃ cū subz nō possit
ampliare p̄dicatū:nec p̄dicatū poterit ampliare subm:
ɔn̄tia tʒ:⁊ añs ꝓbať.p 2ª pte statim fuit declaratū.pro
p̄ª pte ꝓbať sic:qz distributio ⁊ negatio:⁊ alia hō p̄nci
palr fiūt a terminis p̄cedētib⁹ in termios sequētes.g̃ si
termin⁹ dʒ ampliare maxie poterit termin⁹ p̄cedēs am
pliare sequētē.g̃ subm magis dʒ eē ampliatiuū p̄dicati
q̄ȝ eɔ̄.qd fuit ꝓbādū.℄ 2° sic.vbū ex mō suo sigñandi 2°
sigñat cū tpe:p̄° ꝑiarmenias.igiť vbicūqz ponať sigñat Cap̄
oīa sua sigñata que sunt fuerūt vel p̄nt esse.ɔn̄tia tʒ:qz verbo.
alr sigñaret cū tpe.⁊ tūc vltra.g̃ semꝑ eque multa rep
sentat itellectui.g̃ nō ampliať.Ultima ɔn̄tia tʒ:qz du
termin⁹ āpliať plura rep̄ntat itellectui:vt videť.℄ 3° 3°
sic.si termin⁹ possit ampliari tūc ferio celarēt ⁊ cesare
nō essent ɔn̄tie formales:ɔn̄s est ɔ̄ pħm p̄° pri⁹. ꝓbať Cap̄ 5
ɔn̄tia de ferio sic arguendo. nullū mortuū viuit.aliqs
hō est

etcia est vera.s.ols hõ viuit:ꝛ tñ premisse eẽnt vere si ly mortuũ ampliaret.maioꝛ enĩ vã manifeste ꝛ mioꝛ ẽt qꝛ tãtũ valet sicut hec:aliqs hõ qui fuit est mortuus.ħ est verũ.eodẽ mõ de celarent sic arguẽdo.nullus hõ qui est: est generãdus.silr in cesare.nullũ generãduz est.ois hõ est.ergo nullus hõ est generãdus.in ambobus enĩ istis syll'is p̃misse sunt euidẽter ve:ꝛ ꝯnes false eẽnt si ly generãdũ ampliat:qꝛ sensus eẽt iste.nullus qui erit hõ est generãdus. ❡ 4º sic.tale p̃dicatũ nõ põt agere in subz. ergo non põt ip̃m ampliare.ꝯñia tenet:qꝛ ampliare est agere.añs pꝫ:qꝛ vna voꝝ nõ agit in aliam:sp̃alr voꝝ que est nõ agit in vocẽ que fuit.mõ qñ p̃dicatũ est sbz fuit.

In oppositũ arg'.nã nisi sic:ista ꝓpõ non deberet ꝯcedi.aliqs reꝝ est mortu⁹.ꝯñs est simpl'r falsum eꝝ eo ꝙ cõiter laici tales ꝓpõnes ꝯcedũt.dicũt enĩ ꝙ mlti reges sũt mortui sicut qlibet frequẽter audiuit.nec valeret siqs dĩcet ꝙ ipsi sũt grossi:ꝛ ideo eis nõ est credẽdũ:qꝛ freq̃nter vtunt̃ ip̃roꝑe.nã modus significãdi termioꝝ nullã hẽt v̓tutẽ nisi eꝝ vsu ꝯsuetatis.igit̃ in talib⁹ p̃n'cõitati est credẽdũ. ❡ Ista qõ magis spectat ad mãz de ãplia'b':ꝛ iõ breuiter de ea me expediã.p̃ p̃mit'ꝰ aliq̃ nõbilia ꝛ sup'ᵐ.2º ad qõnẽ r̃ndẽdo.

Quãtum ad p̃ᵐ est notãduz.qdã sunt qui dicũt ꝙ hꝰ p̃dicata nõ p̃nt sua subta ampliare.ꝛ pro se hñt p̃mas duas rõnes factas añ oppositũ:ꝛ sp̃alr tertiã:ꝛ ideo negãt istã.aliqs hõ est generãdus:sꝫ bene ꝯcedũt istã.aliqs hõ generãdus est.Silr negãt istã.aliqs hõ est mortuus:sꝫ bñ ꝯcedũt istã.aliqs hõ mortuus est.ꝛ rõnẽ diuersitatis ondũt:qꝛ dicũt ꝙ ħ totũ gñãndũ est:est vnũ verbũ futuri tp̃is tãtũ valẽs sicut gñãbit̃. Silr dicũt ꝙ ly mortuus est:est verbũ p̃teriti tp̃is tãtũ valẽs sicut moriebat̃:ꝛ iõ ꝯcedũt illas.Et nõ videt̃ r̃nsio illa valere:qꝛ nr̃i dñi grãmatici nõ p̃nt ponẽ hꝰ v̓ba:ꝛ si dicãt ꝙ lꝫ nõ sint eꝝp̃resse v̓ba p̃teriti vel futuri tp̃is:tñ sunt equalẽtia.Eodẽ mõ dicã ego.qõ est mortuũ est generãdũ.etiã equalẽter est verbũ p̃teriti vel futuri tp̃is. ❡ Scd̃o est notãduz ꝙ in talib⁹ sup̃ioꝛib⁹ ampliationibus:vel restrictis p̃ncipalr est credẽdũ cõitati.rõ est:qꝛ cõitas locũ hẽt ꝛ auctẽm istituẽdo vsuz termioꝝ. Uidereẽ enĩ videret̃ puerile.ꝙ logicus capet hũc terminum hõ pro equo:ꝛ cõiter capet ip̃m pro aiali rõnali.Eodẽ mõ valde diceret̃ eẽ dissonũ ꝙ logicus capet hãc ꝓpõnẽ.hõ est mortuus.tanq̃ tãtũ valẽrẽ sicut hec. hõ qui est: est mortuus.oẽs aũt caperẽt eã tanq̃ valẽrẽ tãtuz sicut hec.hõ qui fuit:vl'hõ qui est:est mortuus.ꝛ ideo ista tota auctas attribuenda est cõitati. ❡ Tertio est nõndũ. ꝙ cõiter logici has ꝯcedunt.hõ est mortuus.antichrist⁹ est gñãndus.hõ est corruptus:ꝛ sic de alijs. Hec de p̃.

1ª ꝯclo Quãtum ad 2ᵐ sit p̃ᵃ ꝯclo hec. In talib⁹ ꝓpõnib⁹ subm supponit pro suis sig̃atis que fuerũt:vel erũt.patet:qꝛ alias ista nõ eẽt vera. hõ est mor-
2ª ꝯ tuus:vel hõ est gñãndus.qõ est cõtra 3ᵐ notabile. ❡ 2ª ꝯclo hec est.subm in talib⁹ supponit pro eis que sunt.pꝫ. nã si soꝛ.p̃ eẽt alb⁹ꝛ p̃mitus fuisset niger. adhuc ista eẽt vera.soꝛ.albus est niger fact⁹.ꝓbat̃ enĩ sic hunc nigruz factuz.hoc est soꝛ.alb⁹.g̃ soꝛ.albus est niger factus:ꝛ est maioꝛ vera:qꝛ hic aũt fiebat niger:cũ ly soꝛ.albus.p̃nci-
coꝛᵐ palr supponit pro soꝛ.albo qui est. ❡ Correlarie seq̃tur. subta taliuz ꝓpõnũ supponũt pro suis sig̃atis que sunt ꝛ pro eis que erũt vel fuerũt.p̃ᵃ pars pꝫ per ꝯnẽ scd̃az:ꝛ
3ª ꝯ 2ª per ꝯnez p̃mã. ❡ 3ª ꝯclo est.subta taliũ ampliant̃.pꝫ: qꝛ supponũt pro suis significatis respectu diuersoꝝ tẽpoꝝ idifferẽter.g̃ ampliant̃.ꝯñia tenet per diffonẽ am-
4ª ꝯ pliationis.añs pꝫ per ꝯnẽ 2ᵃᵐ ꝛ ei⁹ correlariũ. ❡ 4ª ꝯclo est.ꝙ hꝰ p̃ticipia seu noia termiata in bile seu in tiuum a parte subti posita nõ possunt ampliare p̃dicatũ.patet:qꝛ nullus ꝯcedit istã.mortuũ est homo:vel generanduz est homo.causa est:qꝛ qñ ponunt̃ a parte subti copula restringit p̃dicatũ ad supponẽdũ soluz p̃o eis que sunt.ꝛ ideo p̃dicatũ nõ ampliat̃.sed qñ ponunt̃ a parte p̃dicati restrictio copule per ipsa impedit̃ sic ꝙ nõ potest restringere subm.nã copula fuit equalenter de p̃dicato de futuro:vel de pa'ti.Et si petatur vlterioꝛ causa dicatur.ꝙ est nãlis oꝛdo ꝯcipiendi per ipsam aiaz que capit terminũ ample a parte subti positũ respectu ipsoꝝ ꝛ nõ facit sic a parte p̃dicati. ❡ Aduertẽdum est tñ ꝙ hꝰ diuersimode ampliãt subta.nam p̃ticipiuz p̃teriti tp̃is ampliat ad supponẽdũ pro eo qõ est vel fuit:sed futuri tp̃is ad supponẽdũ p̃ eo qõ est vel erit.Termin⁹ aũt terminat⁹ in bile vel in tiuũ.ad sup'ᵐ p̃ eo qõ est vl' põt eẽ.

Ad rõnes. ❡ Ad p̃mã ꝯcedit̃. ꝙ hꝰ termini qñ sunt subiecta nõ ampliant p̃dicata.ꝛ Ad p̃ᵐ negat̃ ꝯñia.qua isert̃.ꝙ ideo qñ sunt p̃dicata nõ debẽt ampliare subiecta.ꝛ causa dicta est i 4ª ꝯne. ❡ Ad ꝯfirmationẽ negat̃ ꝙ subm magis natũ est ampliare p̃dicatuz q̃ ecõtra.Ad ꝓbationez ꝯcedit̃.ꝙ distributio ꝛ negatio fiant p̃ncipalr respectu termioꝝ seq̃ntium.ꝛ rõ est:qꝛ aia signa talia facientia distributionẽ solũ refert in termios seq̃ntes:sꝫ nõ est sile de ampliatione:qꝛ aia termios ampliatiuos freq̃nter refert in termios p̃cedẽtes.ꝛ ideo silitudo nõ valet. ❡ Ad 2ᵐ ꝯcedit̃ ꝙ significat cũ tp̃e:ꝛ etiã ꝯcedit̃ ꝙ oia sua significata respectu vniuscuiusq; copule sig̃at taz ista que sunt q̃ que p̃nt eẽ:vel fuerũt.ꝯcedit̃ etiã ꝙ oia hꝰ vbicũq; ponant̃ itellectui rep̃n̄tat saltẽ itelligẽti ip̃m.sꝫ negat̃ ꝯña.g̃ nõ põt ampliari.ꝛ cã est:qꝛ lꝫ oia itellectui rep̃sentat:nõ tñ semper pro oib⁹ suppositis.sicut pꝫ eꝝ suppõnib⁹: sꝫ qñcũq; supponit solũ pro eis que sunt vel gñaliter solũ respectu vnius dñe tp̃is.ꝛ tũc nõ ampliat̃.qñcunq; enĩ supponit pro suis significatis respectu pluriũ tẽpoꝝ idifferẽter.sicut in ꝓpõnib⁹ de quib⁹ est sermo.ꝛ tũc ampliat̃. ❡ Ad 3ᵐ dr̃ faciliter:quãtuz spectat ad p̃sens.ꝙ hꝰ in termis ampliatiuis nõ tenet de forma:sed gr̃a forme tenebunt qñ subtis p̃missaꝝ ꝛ ꝯnum addit̃ hoc additũ.qõ est:vt ꝙ arguat̃ sic.nihil qõ est mortuũ viuit.aliqd qõ est homo est mortuum.ergo aliqd qõ est homo nõ viuit.ꝛ est minoꝛ falsa sicut ꝯclo.eodẽ mõ dicat̃ de alijs. de ħ aũt magis videbitur in qõne ꝓp̃ria de formalitate syll'oꝝ. ❡ Ad 4ᵐ ꝯcedit̃ ꝙ p̃dicatũ nõ põt agere in subm ꝓp̃e loquẽdo.ꝛ negat̃ ꝯñia.ergo nõ põt ampliare ip̃m:ꝛ qñ dr̃ ꝙ ampliare est agere.dicit̃ ꝙ nõ in ꝓposito.termin⁹ enĩ dr̃ ampliare aliũ:eo ꝙ ipse est cã ꝓpter quã itellect⁹ vtit̃ alio ample:ꝛ nõ eꝝ eo ꝙ in aliũ agit. ❡ Ratio post oppositũ est pro ꝯne 3ª. Hec de qõne. Qõ. XVII.

❡ Ista questio non est mota super teꝝtu:sed consequẽter propter verba Marsilij.



Consequẽter querit̃ 17º.Utrũ ꝓpositiones in qb⁹ ponũtur termini ampliatiui ꝯuertant̃:sicut ille de incẽ. ❡ Et arguit̃ p̃ ꝙ nõ:qꝛ ista.nullus mortuũ est hõ.nõ ꝯuertit̃.igit̃ ꝛc̃. ꝯñia tenet.ꝛ añs pꝫ:qꝛ si ꝯuertit̃:ꝯuertit̃ in hanc.nullus homo est mortuus.ꝛ hec nõ:qꝛ p̃ᵃ est vera.ꝛ 2ª est falsa.sicut pꝫ eꝝ p̃dictis in p̃cedẽte qõne. ❡ 2º sic ista.nullũ generandum est hõ nõ ꝯuertit̃.igit̃ ꝛc̃.ꝯñia tenet . añs pꝫ:qꝛ si ꝯuertit̃ hoc est in hãc.nullus est generãdus:que est falsa:ꝛ tñ p̃ᵃ fuit vera. ❡ 3º sic ista.nullũ ꝓducibile est hõ. nõ ꝯuertit̃.igit̃ ꝛc̃.ꝯñia tenet vt p̃us.añs pꝫ:qꝛ si ꝯuerteret̃:ꝯuerteret̃ in hãc.nullus homo est ꝓducibilis.que est falsa ꝛ p̃ᵃ fuit vera.Eodẽ mõ argui põt de illa.nullus

4° possibile generari est hō. ꝛ sic de ꝯsilibus. ¶ 4° qꝛ iste.
aliqs hō est mortuus: vel aliqua vgo est corrupta nō cō
uertunť. igiť ꝛc. ꝯña tenet. añs pꝫ: qꝛ si ꝯuerterenť: ꝯuer
terenť in has. aliqd mortuū est hō: ꝛ aliqd corruptū est
virgo: que false sunt ꝑut pꝫ de se. ꝛ tñ p̓ due fuerūt ve
re: ꝙ p̓ᵐ sit vera. s. aliqs ꝛc. aliqs hō est mortuus. pꝫ ex p̄
cedente qōne. 2ᵃ etiā: qꝛ sensus eiᵘ est iste. qd est vel fuit
vgo est corrupta ꝛ hoc est verū: qꝛ aliq̄ que fuit vgo est
corrupta. Eodē mō argui pōt de ista. aliqs hō est gene
rabilis: ꝛ de q̄libet ꝯsili. ¶ Ultimo sic ista. sor. est prior
5° antichristo. nō ꝯuertiť. igiť ꝛc. ꝯña tenet. añs pꝫ: qꝛ ꝯuer
tereť in hāc. antichrīs est por sor. que falsa est. supposito
ꝙ sor. nō sit. ꝛ antichrīs silr. ꝛ tñ añs est verū. vel in istaꝝ.
pas antichristus est sor: que ēt falsa est si sor. fuisset vi
tra cētū annos: sic ꝙ ipse nō eēt: ꝛ tñ añs esset verum.

In oppositum argᵗ: qꝛ regule ꝯuersionum q̄s ponit Arꝫ. ponunť vīr nō plus
de termis ampliatiuis q̄ꝫ nō ampliatiuis: nec ecōuerso.
igiť sicē tenet in nō ampliatiuis dꝫ tenē in ampliatiuis.
ꝯña tꝫ. ꝛ añs pꝫ: qꝛ Arꝫ. ponit suas regulas ꝑ termīos nō
sig̃latiuos volēs per h̄ innuere ꝙ ipse tenēt in terminis
significatiuis qualitercūqꝫ se habētibᵘ siue fuerint am
pliatiui siue nō: ꝛ ꝓpter hoc de ꝯuersionibus ꝓpositio
nū de terminis ampliatiuis nullas ponit regulas specia
les: nec regulas in ꝓpōnibᵘ de terminis nō ampliatiuis
deseruientes. 2° sic. sylli impfecti cōpositi ex terminis
ampliatiuis nō possent pfici. ꝯñs est falsū: ꝛ ꝓbať ꝯse
quentia: qꝛ deberent perfici per ꝯuersionē. mō ꝯuersio
ipsis ꝓpōnibus de terminis ampliatiuis non ꝯueniret.
¶ In hac qōne primo p̄mittenda sunt notabilia. Secū
do respondendum est ad qōnem.

Quantum ad p̓ᵐ p̄ est notādū. ꝙ dr̄ia est iter am pliatū ꝛ ampliatiuū. Ampliatū eni dr̄
terminᵘ ampliatiuus. puta qui per aliū ampliať: sꝫ am
pliatiuū dr̄ terminᵘ aliū amplians. vñ eē ampliatū cōi
ter est subm saltē in ꝓpōnibᵘ de p̄terito vel futuro: sꝫ in
alijs p̄dicatū possit ampliari. vt in illis de poli: vel ēt in
illis in qbᵘ ponūť v̓ba sig̃antia actū aie iteriorē: p̄dica
tū vel ps p̄dicati pōt ampliari sicē in istis. sor. pōt eē al
bus. sor. ꝑmittit tibi equū. sor. itelligit hoiem. ly albus:
equū ꝛ hoiēꝫ ampliant: āpliari aūt cōpetit copule subo
seu p̄dicato vel pti eiᵘ. ¶ 2° est nōnᵐ. ꝙ v̓bū p̄teriti tpis
aut pticipiū p̄teriti tpis positū a pte p̄dicati āpliat subm
ad supponēdū pro eo qd est vel fuit v̓bū futuri tpis: aut
eiᵘ pticipiū ad supᵈᵘᵐ pro eo qd est: vel erit. Nomē termi
natū in bile vel in tiuū: vel h̄ v̓bū pōt qñ est ꝑ copule:
ꝛ alij modi ipm includētes. sicut neċe ꝛ ipole ampliant
subm ad supᵈᵘᵐ pro eo qd est: vel pōt eē. v̓ba aūt signifi
cātia actū aie iteriorē ꝛ sua pticipia. sicē sūt illa debeo ꝑ
mitto significo itelligo ampliāt terminū quē regūt ꝛ in
quē trāsit suus actᵘ ad supponēdū pro qd est vel pōt eē:
vel imaginari. ꝛ cā est: qꝛ actᵘ hꝫ v̓boꝝ nō plus formať
in rē p̄ntē q̄ꝫ in rē futurā: vel polem: vel imaginabilē. ꝛ
ideo nō p̄dicto ampliāt: vt si dicerem. itelligo antichri
stū. nō plus formať actᵘ itelligēdi sup antichristuꝫ qui
est q̄ꝫ sup eū qui pōt eē vel imaginari eē. nā equalr pōt
esse itellectᵘ cuiuslibet istoꝝ. nō sic aūt est de alijs ver
bis: quoꝝ actᵘ determinate trāsit in rē p̄sentē. sicut sunt
ista v̓ba peto ꝛ ꝯsilia. ꝛ ideo illa nō ampliāt. p̄us aūt am
pliat terminū p̄cedētē ad supponēduꝫ pro eo qd est vel
erit. vt Adā est p̄or antichristo. sensus est: ꝙ illud qd est
vel fuit Adaꝫ est p̄us eo qd est vl̄ erit antichristus. ꝛ iō
si termini haberēt sig̃ata ampliarenť: sicut dictuꝫ est.
Eodē mō ampliat ly posteriᵘ. exēpla eni istoꝝ queranť
Nōndū in ampliationibᵘ. ¶ 3° est notādum. ꝙ a minᵘ amplo ad
magis ampluꝫ affirmatiue valet ꝯña. ꝛ cā est: qꝛ minus
amplū hēt rōnem inferioris: ꝛ magis ampluꝫ supioris.
mō ab iferiori ad supius affirmatiue est bona ꝯña. igiť
sequeť. qd est hō curret: vel est generandus. ergo homo
est generādus: vel curret: qꝛ in p̓ᵃ ly homo stat soluꝫ pro
hoibᵘ qui sunt. ꝛ in 2ᵃ stat tā pro eis qui sunt q̄ꝫ pro eis q
erūt. ¶ Ex quo seqtur. ꝙ a maius amplo ad magis am Corᵐ
plū negatiue seu distributiue nō valet ꝯñtia sicut ab ife
riori ad supius cū distributione nō valet ꝯña. ideo non
seqtur. nullū generādū est hō. ḡ nullus hō est gnāndus.
qꝛ in p̓ᵃ ly hō solū supponit pro eis qui sūt distributiue:
ꝛ in 2ᵃ ꝓpter ampliationē distribuiť tā pro eis qui sunt
q̄ꝫ pro eis qui erūt. Ex quo nota 3ᵃᵐ regulam: ꝙ a magis
amplo ad minᵘ amplū cū distributione valet ꝯña sicut
a supiori ad iferius. ideo seqtur. nullus hō est generan
dus. ergo nullū generādū est hō. Et ex hoc nota vltimā
regulā: ꝙ a magis amplo ad minᵘ ampluꝫ sine distribu
tione nō valet ꝯñtia sicut nec a supiori ad iferius. vnde
nō seqtur. aliqs homo est mortuus. ḡ aliqd mortuuꝫ est
homo. In p̓ᵃ eni ly homo supponit tā pro eis qui sunt q̄ꝫ
pro eis qui fuerūt determinate. In 2ᵃ v̓o supponit soluꝫ
pro eis qui sunt. ¶ Ultimo notādū est ꝙ in ꝯuersioni
bus istaꝝ ꝓpositionū p̄ncipalr dꝫ obseruari vt termini
in ꝯuertēte ꝛ ꝯuersa supponāt eque ample ꝛ eque restri
cte: ꝛ sic semper bene ꝯuertentur. Hec de p̄mo.

Quantum ad 2ᵐ sit p̓ᵃ ꝯclo hec. ꝓpō affirmatiua in cuiᵘ p̄dicato poniť simplr terminᵘ p̓ᵃ ꝯ
ampliatiuus nō ꝯuertiť simplr sicē alie affirmatiue: sꝫ si
in subto ponať simplr ꝯuerteť. p̓ᵃ ps pꝫ: qꝛ nō seqtur. ali
qs hō est mortuus. ḡ aliqd mortuū est hō. per 4ᵃᵐ regu
lā tertij notabilis. 2ᵃ ps pꝫ: qꝛ seqtur aliqd mortuum est
hō. ḡ aliqs hō est mortuᵘ per p̓ᵃᵐ ꝛ 2ᵃᵐ eiusdē. ¶ 2ᵃ ꝯclo: 2ᵃ ꝯ
ꝓpōnes negatiue in q̄ꝝ p̄dicatis ponunť termini am
pliatiui ꝯuertunť sicut alie negatiue: sꝫ nō in q̄ꝝ sbtis.
pꝫ p̓ᵐ: qꝛ bñ seqtur. nullus hō est gnāndus. ḡ nullū gene
rāduꝫ est hō. per 2ᵃᵐ regulā tertij nōbilis. ꝛ 2ᵐ pꝫ: qꝛ nō
seqtur. nullū generādū est hō. ḡ nullus hō est gnāndus
per 3ᵃᵐ regulā eiusdē. Et intelligo eas nō simplr ꝯuerti:
qꝛ nō ꝯuertunť sine expssa mutatione copule. ¶ 3ᵃ ꝯclo 3ᵃ ꝯ
est. ꝓpōnes de termis ampliatiuis oēs bñ ꝯuertunť sicē
iste de inesē q̄tum ad q̄litatē ꝛ q̄ntitatē suato ꝙ termini
in ꝯuertēte ꝛ ꝯuersa supponant eque ample ꝛ eque stri
cte. ꝛ iō bñ seqtur. nullū gnāndum est hō. ḡ nihil qd est
hō est generādū. nullū mortuū est hō. ergo nihil qd est
hō est mortuū. nullū ꝓducibile est hō. ergo nihil qd est
hō est ꝓducibile. aliqs hō est mortuus. ergo aliqd mor
tuū est: vel fuit hō. aliqs hō est generādus. ḡ aliqd gene
rādū est: vel erit hō. Adā est p̄or antichristo. ergo prius
antichristus est: vel fuit Adā. Eodē mō dicatur de alijs
oibᵘ: qꝛ nusq̄ꝫ repiť istā ita seruato ꝙ termini in ꝯuertē
te ꝛ ꝯuersa p̄cise equalr ample ꝛ equalr restricte suppo
nāt. ex quo pꝫ ꝙ ꝓpōnes in qbᵘ ponunť termini amplia
tiui ꝯuertunť simplr addēdo istā silitudinē quo ad ser
uationē q̄litatis ꝛ q̄ntitatis eiusdē sicut alie de inesē. veꝝ
est tñ ꝙ in qbusdā opꝫ copulā mutari: ꝛ in qbusdā subꝫ
restringi vt termini maneāt. ꝯsilr supponētes in ꝯuer
tēte sicut in ꝯuersa. ¶ Solones rōnū ad oppositū pa
tēt ex dictis. ¶ Rōnes post oppoᵐ sūt pro eis que dicta
sunt in 3ᵃ ꝯne. Hec de qōne. Questio. XVIII.

¶ Ista questio ꝯriter mota est super eodem capitulo.

Queritur 18°. Utrū ꝓpōnes de termis obliqs ꝯuertende sunt sicut
alie de inesē. puta sicut ille de recto. ¶ Et ar i
guiť p̄mo ꝙ nō: qꝛ nō videť quō debeāt iste
ꝯuerti. animam meaꝫ tedet vite mee. regis
intereſt

interest hñifacere.me penitet pcti.ergo ppõnes de ter-
minis obligs nõ ꝯuertunt sicut ille de recto.ꝯñtia nota
est.ꝛ añs pz:qꝛ si pᵒ ꝯuertit hoc est in hanc.vitã meã te-
det aie mee:que falsa est:tñ pᵒ fuit vera.ꝛ si zᵃ ꝯuertere-
tur:ꝯuerteret in hãc.hñifacere iterest regis:ꝛ sic non fit
de subto pdicatũ:nec ecõtra:qꝛ ly regis semp tenebit se
ab eadẽ pte copule:cũ regat ab hoc vbo interest.Et si 3ᵃ
ꝯuertit hec erit in hãc.pctñ penitet mei.que falsa est:ꝛ
2ᵃ tñ pᵃ fuit vera.¶ 2ᵒ sic.nullus murus est in lapide:non
ꝯuertit.igit ꝛc.ꝯñtia tenet.ꝛ añs pz:qꝛ vel ꝯuerteret in
istã.nullus lapis est in muro:ꝛ hec nõ:qꝛ ista est falsa:ꝛ
tñ pᵃ fuit vera:vl in istã.in lapide nõ est murus.ꝛ hͦ nõ:
qꝛ sic ly murus maneret subm in zᵃ sicut etiã in pᵃ:cum
3ᵒ obliquus nõ possit esse subm ppõnis.¶ 3ᵒ sic ista.oẽm
equũ videt hõ.nõ ꝯuertit sic ille de recto.ꝯñtia tenet.ꝛ
añs pz:qꝛ vel ꝯuerteret in istã.videns hõ est equus.ꝛ hͦ
nõ:qꝛ ista est falsa ꝛ pᵃ in casu posi vera.vel sic.videns
hõ est equũ.ꝛ hͦ nõ:qꝛ illa est incõgrua.vel sic.aliqs hõ
videt equũ.ꝛ hec nõ:qꝛ nõ fit de pdicato subm:qꝛ ly vi
dens erat ps pdicati in pᵃ:ꝛ nõ fit pars subti in zᵃ:imo
4ᵒ manet pars pdicati.¶ 4ᵒ instat de istis ppõnibꝰ.hois
quilibet asinꝰ currit:cuiuslibet hois asinꝰ currit.asinꝰ est
soz.ꝛ sic de ꝯsilibꝰ:qꝛ nõ videt quõ ipe debeãt ꝯuerti.

In oppositum arguit.Arꝫ.pᵒ huiꝰ reducit syl-
logismos de obligs ad syllos
de recto:ꝛ hoc nõ põt facere nisi per ꝯuersionẽ ipaꝝ de
obliquo.ḡ ille de obliquo sũt ꝯuertẽde sicut ille de iceẽ.
ꝯñtia tenet.ꝛ añs pz p ꝓcessuz pᵒi in tractatu istius pmi.
Confirᵒ ¶ Et ꝯfirmat:qꝛ alias regule ꝯuersionũ nõ eẽnt vles.
¶ In ista qõne p videduz est quõ ꝯuertunt ppõnes de
obliq̃ de vbis ipsonalibꝰ in qbꝰ obliquus põt eẽ ve sbm.
zᵒ videbit quõ ꝯuertũt ppõnes de obliq̃ de vbis psoᵇᵘˢ.

Quantum ad pᵐ p est notãdũ.ꝙ ppõnes de obli
quo de verbis ipsonalibꝰ anteq̃ ꝯuer
tant debent resolui in ppõnes de verbis psonalibꝰ.exẽ
plũ huiꝰ.anteq̃ hec ꝯuertat.tedet aiam meã vite mee.
resoluet sic in hãc.aia mea hẽt tediũ de vita mea:ꝛ tunc
ꝯuertit sic.hñs tediuz de vita mea est aia mea.Similr
hec.regis iterest hñifacere.resoluet sic.aliqd qd spectat
ad regẽ est hñifacere.ꝛ tunc ꝯuertet sic.hñifacere est ens
ptinens ad regez.Similr hec.me penitet pcti.resoluet
sic.ego habeo penitẽtiam de peccato:ꝛ tũc cõuertet sic.
hñs penitẽtiam de peccato est ego.¶ Scdo est notãdũ:
ꝙ nõ loquor hic nisi de ꝯuersionibus illaꝝ de inesse.

1ᵃ ꝯclo **His premissis** sit pᵃ ꝯclo hec.ppõnes de inesse
de terminis obligs ꝛ de verbis
impsonalibꝰ debẽt ꝯuerti per easdẽ regulas per q̃s ꝯuer
tunt ppõnes de recto.pz:qꝛ post resolutionem ipsarum
in ppõnes de vbis psonalibꝰ pticulares affirmatiue cõ-
uertunt in pticularez affirmatiuam:ꝛ vles negatiue in
vlem negatiuã.igit ꝯuertunt per easdẽ regulas per q̃s
ille de recto ꝯuertunt.ꝯñtia est nota.ꝛ añs est manife-
2ᵃ ꝯ stũ.¶ 2ᵃ ꝯclo est.ppõnes de hͦ verbis non ꝯuertuntur
per istas regulas eque imediate:sicut ppõnes de vbis
psonalibꝰ:ꝛ de recto.pz ꝯclo:qꝛ ille de verbis psonalibꝰ
imediate ꝯuertunt per istas regulas.ipse aũt de verbis
3ᵃ ꝯ impsonalibꝰ pmitꝰ resoluunt:ꝛ postea ꝯuertunt.¶ Ex
quo sequitur 3ᵃ ꝯclo ꝛ rñsalis.ꝙ ppõnes de obliquis ꝛ de
verbis impsonalibus quo ad aliqua silr ꝯuertunt:sicut
ppõnes de recto:ꝛ quo ad aliq̃ dissimilr.pz ꝯclo:qꝛ silr
ꝯuertunt quo ad regulas per ꝯñtias pmã.Sed dissimi
liter ꝯuertunt q̃tuz ad resolões faciẽdas in eis.sicut
patet per ꝯnem scdam.Hec de pmo articulo.

Quantum ad zᵐ.pmo supponit ꝙ in ppõnibus
de inceẽ ꝛ de verbo psonali obliquus
nõ põt eẽ subm ppõnis se solo:sicut pbatuz est in qõni-
bus sup pᵐ piarᵐ.¶ zᵒ est notãdum.ꝙ ppõnes de obli-
quo posito a pte pdicati.si cum hoc in pdicato nõ ponit
rectũ debẽt resolui mutãdo verbũ in copulã ꝛ suũ parti
cipiũ:ꝛ postea debẽt ꝯuerti.exẽplũ.vt nullus murus est
in lapide.debet resolui sic.nullus ens in lapide:ꝛ postea
ꝯuerteret.nulluz ens in lapide est murus.Eodẽ mõ di-
cat de alijs.¶ 3ᵒ est notãdũ:ꝙ lz obliquus determinãs
rectũ poneret ab alia pte copule q̃ ille rectus:tñ tenet
se ex eadẽ pte cũ recto quẽ determinat vt hic.oẽs equũ
videt hõ:lz ly equũ ponat a pte subti:tñ se tenet ab ea-
dẽ pte qua se tenet hoc verbũ videt:qꝛ est eius determi
natio.ꝛ ideo ly equũ continet a parte predicati.

His pmissis sit pᵃ ꝯclo hec.ꝙ viso subto ꝛ pdi- pᵃ ꝯ
cato ppõnis de obliquo de verbo
psonali ipsa totalr ꝯuertẽda est:sicut ille de recto.pz cõ
clusio per rõnes post oppositũ spãliter cuz de nulla ap-
pareat instãtia.¶ Ex illa ꝯne sequr correlarie ppositi- Corrᵐ
tiones de obliquo ꝛ de verbo psonali ꝯuertunt similr:
sicut ille de recto.patet per ꝯnem precedentem.

Ad rõnes. ¶ Ad pmã dr.ꝙ iste ppõnes de vbis Ad pᵐ
impsonalibꝰ nõ debẽt ꝯuerti eo modo
quo ꝯuertunt in recto:sed mõ quo dcm est in p notabi-
li pmi articuli.¶ Ad zᵐ dr.ꝙ ista.nullus murus est in Ad zᵐ
lapide.nõ dz ꝯuerti aliq̃ istoꝝ modoꝝ:sz mõ quo dcm
est in zᵒ notabili scdi articuli.s.sic.nullum ens in lapide
est murus.Similr ꝯuertunt iste.nulla domꝰ est in hoie.
nullus furnus est in pane.nulla bursa est in pecunia.nul
lũ ens in hoie est domus.nulluz ens in pane est furnus.
nulluz ens in pecunia est bursa:ꝛ sic de alijs.¶ Ad 3ᵐ Ad 3ᵐ
dr ꝙ in ista.oẽm equũ videt hõ.ly equũ nõ est subz cũ
sit obliquus:imo est pars pdicati.ꝛ ly hõ est subm.ꝛ iõ
dicta ppositio est idefinita affirmatiua:ꝛ debet ꝯuerti
sic.videns equũ est hõ.sic vͦo fit vera transpositio termi-
noꝝ.nã in pᵃ videns equũ erat pdicatũ ꝛ ly hõ subm:ꝛ in
zᵃ est ecõuerso.¶ Ad 4ᵐ igit dr.ꝙ oẽs iste ppõnes bñ Ad 4ᵐ
possunt ꝯuerti.de pᵃ.hois quilibet asinus currit.hẽt pro
subto hoc totũ.ois asinꝰ:ꝛ pro pdicato ly currẽs.iõ ꝯuer
tit sic.aliqd currẽs est hois asinus.zᵃ vͦo.cuiuslibet hois
asinus currit.hẽt hoc totuz pro subto.hois asinus:qꝛ de
isto dr pdicatũ currens:ꝛ ideo ꝯuertit in hãc.aliqd cur-
rens est hois asinus.3ᵃ vͦo ppõ.s.asinus est soz.est trũca-
ta:eo ꝙ rectus a pte pdicati nõ est expssus.ꝛ ideo resol-
ui debet verbũ in suũ pticipiũ dicẽdo asinꝰ est ens soz.ꝛ
tũc ꝯuertet.aliqd ens soz.est asinꝰ.ꝛ si ly soz.poneret a
pte subti dicẽdo.asinꝰ est soz.ꝛ quereret quõ dz ꝯuerti.
rñdent ꝙ ibi subintelligit rectꝰ:vñ ppõ in se est trũca-
ta.subintelligit eñi ibi possessio:qꝛ ly soz.per se non põt
eẽ subm ppõnis.iõ tãtũ valet sicut hec.possessio sortis
est asinus:ꝛ ista ꝯuertat.ḡ asinus est possessio sortis.cau
tela tñ Arꝫ.est zᵒ elenchoꝝ cap zᵒ.ꝙ ad tales truncatas
hõ nõ rñdeat:ꝛ ex ꝯñti nõ ꝯuertat nisi per opponẽtem
cõpleant.Ex his oibꝰ quis diligẽter volẽs inspicere põt
ꝯuertere oẽs ppositiones de terminis obligs.¶ Ra-
tiones post oppositũ sunt pro pma ꝯne scdi articuli:ꝛ
eius correlario ꝛc.

Questio. XIX.

¶ Qõ ista mouet sup eisdẽ verbis ꝯñter ꝛ eodẽ caplo.

Consequẽter querit 19ᵒ.Utrũ ppo
sitiones in qbꝰ subij-
ciunt pronoĩa pᵉ vel zᵉ psone ꝯuertant:sicut
alie de ineẽ.¶ Arguit pmo ꝙ nõ.nam ista pᵒ
ppositio plata a sorte.ego sum soz.nõ ꝯuer-
tit.igit ꝛc.ꝯñtia tenet.añs declarat:qꝛ si ꝯuerteret:cõ-
uerteret in istã.soz.est ego:ꝛ hͦ nõ.eo ꝙ pnomẽ est pᵉ p-
sone ꝛ verbuz 3ᵉ.videt tñ ꝙ deberet eẽ eiusdem psone.

Confir° ergo ipsa nõ põt ꝯuerti. ¶ Cõfirmat᷑ sic. petrus nõ põt istã ꝯuertere. igit᷑ ipsa nõ põt ꝯuerti. ꝯñtia tenet: q2 nõ videt᷑ si ipsa eẽt ꝯuertibilis ꝓpter quã cãm petrus eam nõ posset ꝯuertẽ. añs ꝓbat᷑: q2 si sic ꝯuerteret eã in hãc. sortes est sortes. ⁊ hoc nõ: q2 subm ꝑme nõ est ꝑdicatuȝ scḋe: vel in istã. sor. est ego. ⁊ hoc non: q2 est falsa: q2 signi
2°. ficat ꝙ sor. est petrus. ¶ 2° sic. dicat᷑ platoni hec ꝓpositio. tu es plato. istam ipse nõ põt ꝯuertere. igit᷑ ⁊c. ꝯñtia tenet. ⁊ añs declarat᷑: q2 si sic ꝯuerteret eã in hãc. plato est ego. tũc subm ꝑme nõ est ꝑdicatuȝ scḋe: ⁊ si in hãc. plato es tu. tũc ꝯuertit eam in falsam: eo ꝙ dicit istum cui loquit᷑ esse platonẽ: qḋ est falsum: ⁊ tñ p° fuit vera.

In oppositum arguit᷑ sic: q2 regule ꝯuersionũ Ar. sunt gñales. igit᷑ debẽt ꝯuenire equalr oĩbus ꝓpõnib᷒ de ineẽ. igit᷑ debẽt ꝯuenire ꝓpõnib᷒ in qb᷒ subijciũt᷑ ꝓnoĩa p° vel 2° ꝑsone. p° ꝯclo pȝ ex terminis. ⁊ 2° pȝ: q2 ꝓpõnes in qb᷒ ponunt᷑ ꝓnoĩa p° vel 2° ꝑsone sũt de ineẽ. Cõfirmat᷑ nisi sic sit. sylli imꝑfecti in qb᷒ ponerent᷑ ꝓpõnes hñtes hꝫ ꝓnomina pro subiectis nõ possent perfici. ꝯñs est incõueniens. ꝓbat᷑ ꝯñtia: q2 perfectio debet fieri per ꝯuersionem istaꝝ ꝓpositionum. mõ ille ꝓpõnes nõ possent conuerti.

¶ In ista qõne erunt duo articuli. In p° rñdẽdum est ad qõnem. Scḋo de ꝯuersionibus multaꝝ ꝓpõnuȝ specialium mouende sunt dubitationes ⁊ soluende.

Quantum ad p^m. p° est notãdum. ꝙ ꝓpões hꝫ nõ hñt difficultatẽ in ꝯuertendo: nisi ex eo ꝙ ꝓnoĩa p° ꝑsone signãt reȝ de se loquentẽ. 2° vo
p° ꝯ rẽ ad quã fit ſmo. ¶ Hoc ꝓnotato sit p° ꝯclo hec. ꝓpões in qb᷒ ponunt᷑ ꝓnoĩa p° ꝑsone vel 2° optime possunt ꝯuerti ab eodẽ ꝓferẽte. pȝ: q2 optime seq᷑ tu es petrus. igit᷑ petrus es tu supposito ꝙ idẽ hõ ꝓferat ambas: nec mutet᷑ suppõ hui᷒ termini tu. silr optime seq᷑. ego sum
Corr° sor. g° sor. est ego. supposito ꝙ idẽ ꝓferat vt ꝑus. ¶ Correlarie seq̄tur. hꝫ ꝓpões pñt ꝯuerti: sicut alie de inesse. pȝ: q2 ꝓferunt᷑ per eudẽ ꝓferẽtẽ: sicut alie de ineẽ per ꝯnez
2° ꝯ precedẽteȝ. igit᷑ possunt ꝯuerti ⁊c. ¶ 2° ꝯclo est. hꝫ ꝓpões nõ possunt ꝯuerti a q̄libet. patet. nã ꝓpõ in qua ponit᷑ ꝓnoĩe p° ꝑsone solũ põt ꝯuerti ab ipsoꝝ ꝓferẽte. vt si sor. dicat. ego sum sor. nullus alius hõ mũdi põt ipsaȝ ꝯuertere: q2 si plato ꝯuertat eã sic. sortes est ego. ꝯuertit veꝝ in falsum: q2 2° est falsa: cũ significet sortẽ eẽ platonem. si aũt sic. sortes est sor. tũc nõ est ꝯuersio: q2 nõ fit terminoꝝ transpositio. Eodẽ mõ si platoni diceret᷑ hec ꝓpõ. tu es plato. ipse non põt eã ꝯuertere. patet per 2^am rõnẽ factã ante oppositũ. vñ ꝓbabile est ꝯcedere ꝙ aliqua est ꝓpositio scripta que iã de cetero per nullũ hoieȝ posset ꝯuerti. vnde si sor. qñ vixit scripsisset hãc. ego fui sortes: ⁊ postea moreret᷑. istã ꝓpõnẽ iã nullus hõ posset ꝯuertere. ratio est prius facta in ꝯne. Hec de primo.

Dubiu3 Quãtum ad 2^m. ꝑmo dubitat᷑ qũo ista debeat cõuerti. tumulus lapidũ est vnus. exercit᷒
R° rotũdus exercitus est. ¶ Et rñdet᷑ faciliter: ꝙ ista p° nõ debet sic ꝯuerti. vnũ est tumulus lapidũ: q2 est falsa. nec sic. vnus: vel vna est tumulus lapidũ: q2 est incõgrua: sȝ in talib᷒ subm attẽdendũ est ꝑdicato anteq̄̃ ꝯuertat᷑: vt tumulus lapidũ est vn᷒ tumulus. ⁊ tũc ꝯuertet᷑ sic. vn᷒ tumulus est tumulus lapidũ. Similr hec. exercitus rotũdus: resolnẽda est in hãc. exercitus est rotũdus exercitus. ¶ 3° aũt cõuertit᷑ sic. exercitus est. igit᷑ aliqḋ ens est exercit᷒. ⁊ capio ly ens ꝑcicipialr pro existẽs. nã sicut exercit᷒ existit: ita existẽs est exercit᷒. vñ seq̄tur. existẽs est exercit᷒. ergo vnũ est exercitus: q2 talia ꝑticipia sunt collectiua: vel saltẽ nõ min᷒ supponũt pro multitudine
Dubiu3 copulata q̄̃ pro vno. ¶ 2° dubitat᷑ qũo illa debeat ꝯuerti. Marcus ⁊ Tullius sunt. supposito ꝙ marcus ⁊ tulli᷒ sint termini synonymi: ⁊ videt᷑ ꝙ nõ possint cõuerti: q2 ꝯuerterent᷑ in hãc. entia sunt marcus ⁊ tullius. que falsa est: cũ soluȝ vnũ ens est marcus ⁊ tullius. ¶ Eodem Dubiu3
mõ dubitarẽ de ꝯuersione istius. a. ⁊ b. sunt. supposito ꝙ a. ⁊ b. sint termini synonymi. ¶ Rñdet᷑ facilr. ꝙ oẽs ta R°
les de ṽtute sermonis sunt false: q2 ꝯiũctio copulatiua ꝓprie debet ꝯiũgere iter diuersa. Et si iter terminos supponẽtes pro eodẽ ꝯiungat discrete ipsa ponit᷑: ⁊ sibi debet addi ṽbũ singularis numeri. vt dȝ sic dici. marcus ⁊ tullius est. ⁊ si auctas grãmaticoꝝ. in illo negaret᷑. ꝓbat᷑ rõne sic. quecũq3 sunt: sũt plura. a. ⁊ b. sunt. g°. a. ⁊ b. sunt plura. discursus est bon᷒: ⁊ maior manifeste vera: ⁊ ꝯclo falsa: supposito ꝙ. a. ⁊ b. significent vnũ idiuisibile. igit᷑ minor est falsa: que dicit. a. ⁊ b. sunt. igit᷑ pȝ: ꝙ talib᷒ terminis discretis synonymis debet addi ṽbuȝ singularis numeri: q2 si pluralis oro de ṽtute ſmonis sit falsa. per hoc pȝ qũo debet talis ꝯuerti: q2 ꝯuertet᷑ in hanc. entia sunt marcus ⁊ tullius. entia sunt. a. ⁊ b. sunt ambe false
sicut p°. ¶ 3° dubitat᷑. supposito ꝙ. a. significaret tãtum q̄ntum oĩs hõ qũo illa deberet ꝯuerti. a. est hõ. rñdet᷑ ꝙ Dubiu3
nõ debet ꝯuerti sic. hõ est. a. q2 p° est vera: eo ꝙ valet tãtũ sicut hõ. hec aũt est falsa: eo ꝙ significat ꝙ homo est oĩs hõ: sȝ debet ꝯuerti sic. hõ est hõ: nec mirũ: q2 p^m. ꝓpta ly. a. valet sincathegorema cum cathegoremate. ideo in ꝯuertente debet dimitti sincathegorema. valet enim tãtũ sicut oĩs hõ. dimittat᷑ ergo ly oĩs in ꝯuertẽte ⁊ erit bona ꝯuersio sicut in ꝯuertẽte istius. nemo est asin᷒. dimittit᷑ sincathegorema ꝑgnans ⁊ accipit᷑ ly nullus. con
uertit᷑ eñi sic. nullus asin᷒ est hõ. ¶ 4° dubitat᷑ supposi Dubiu3
to ꝙ ly. a. a ꝑte subti significet hoieȝ: ⁊ a ꝑte ꝑdicati asinum precise qũo debet ista cõuerti. oẽ. a. est risibile. hec eñi est vera: q2 valet tãtum sicut oĩs hõ est risibilis. ⁊ si ꝯuertat᷑ in hãc aliqḋ risibile est. a. ista est falsa: q2 valet
tãtũ sicut aliqḋ risibile est asin᷒ per casum. ¶ Rñdet᷑ R°
faciliter. ꝙ ꝓpõ ⁊ impositio nõ est admittẽda de facto in cõi mõ loquẽdi. vñ notet᷑ regula. ꝙ impositio termini depẽdens ex veritate ⁊ falsitate ꝓpõnis: vel ex ꝑpositione: vel postpositione copule de facto in cõi modo loquẽdi est admittenda. vt si. a. in ꝓpõne vera significet asinũ in falsa hoiem. nullo mõ ꝓpõ esset admittẽda. silr nec p°. Causa est. ex significatione terminoꝝ debet hẽri veritas vel falsitas ꝓpõnis: ⁊ etiã ex ꝑpositione vl postpositione copule. ⁊ igit᷑ hec impositio que est huic ꝯria. puta ex virtute haberet᷑ significatio: vel ex ꝑpositione: vel postpositione copule nõ est admittẽda. Aliter dicũt aliq. ꝙ ꝑdicta ꝓpositio põt cõuerti sic. aliqḋ risibile est
hõ: ⁊ nõ. a. ꝓbo istud: q2 ſm veritatem nõ est conuersio. Dubiu3
¶ 5° dubitat᷑. qũo debeat hec ꝯuerti. ad egrãduȝ requirit᷑
equus. hic ⁊ rome vẽdit᷑ piper. ad motuȝ requirit᷑ tps bis R°
potaui vinũ: ⁊ de cõsimilib᷒. ¶ Rñdet᷑ ad ista. ꝙ in p° ly equus est subm: q2 ipse est solus rectus: ⁊ hoc totũ requirit᷑ ad egrãdum est ꝑdicatũ. ⁊ ideo debet ꝯuerti: nec nõ sic. ꝙ requirit᷑ ad egrãdum est equus: q2 in p° ly equus supponit ꝑ se tñ ⁊ est vera ꝓpositio: ⁊ in 2° supponit determinate. ⁊ est falsa. Sed sic: qḋ requirit᷑ ad egrãduȝ est vel põt eẽ: vel imaginari eẽ est iste equus: vl ille equus: ⁊ sic de singulis descẽdendo disiũctim sub ly equus. sic eniȝ erit 2° vera sicut p°. Eodẽ mõ dicat᷑ de 3°. ꝙ requirit᷑ ad motuȝ est: vel põt esse ⁊c. hoc tps: vel hoc tẽpus: ⁊ sic de singulis: ⁊ est ꝯuersio reductiua. ¶ Ad 3^m dĩ ꝙ ipsa debet sic ꝯuerti cũ ly piper sit ſbm qḋ vẽdit᷑ hic ⁊ rome est hoc piper: vel hoc piper. ⁊ sic de singulis. ¶ Ad 4^m dĩ. ꝙ hoc totũ bina vice potaui vinũ est ꝑdicatum: ⁊ ly ego subm, ⁊ ideo ꝯuertit᷑ in hanc. qḋ potauit vinum aliqua

qua vice est vel fuit ego. ⁊ tūc nō debet capi signū hoc bis: qꝛ ipm includit signū vlē cū termino distribuibili. tātū enim valet sicut bina vice: ⁊ ideo ly vinum debet dimitti cū signū vlē in ↄuertēte non debet poni qd̄ in ↄuersa ponebaᷓ a parte subti. i. ante copulā: sꝫ addebaᷓ

Dubiū parti pdicati. ¶ 6° quereret gs quō ↄuertunᷓ iste. pluit. ningit. sedeo. curris. R̄ndeᷓ ꝙ in istis itelligiᷓ certum suppositum in pmis natura. In 3° ly ego. ⁊ in 4° ly tu. ⁊ ideo ↄuertunᷓ sic. p° due pluens est nā ⁊ ningēs est nā. ⁊

Dubiū 3ª sic. currēs est ego: ⁊ 4ª. currēs est tu. ¶ Ultimo dubitatur quō iste debeāt ↄuerti. a. fit. a. corrūpiᷓ. a. incipit

R° esse. a. desinit eē. ¶ R̄ndetur ꝙ p² ↄuertiᷓ sic. qd̄ fit est vel erit. a. qꝛ ly fit ampliat subm ad supponendū pro eo qd̄ est vel erit. z° sic. qd̄ corrūpitur est vel fuit. a. qꝛ sic ly corrūpiᷓ ampliat subm. Eodē mō de incipit icipiens oē est vel erit. a. ⁊. b. desinit esse desinens esse est vel fuit. a. hec de scđo. Nam ex diligēti studio quisquis istis inspectis oēs alias ppositiones faciliter conuertet.

Ad p^m **Ad rōnes.** ¶ Ad pmā negaᷓ ꝙ ista nō possit cōuerti. ego sum sortes: ⁊ ↄcediᷓ ꝙ ↄuertitur in hāc. sor. est ego. ⁊ negaᷓ ꝙ illa est incōgrua. ⁊ qn̄ dī ꝙ pnomen est pme psone ⁊ verbum tertie. dī ꝙ hoc nō est incōueniens: si pnomen sit pdicatū. nam nō opꝫ predicatū ⁊ verbū ↄuenire in psonam: sed solū hoc requiritur de supposito ⁊ apposito.

Ad ↄfirnatōez ¶ Ad ↄfirmationē conceditᷓ ꝙ Petrus istā dictā a sor. nō pōt ↄuertere. hec enim est pro ↄ̄ne z°: sed negaᷓ ↄn̄tia. igiᷓ ipsa non pōt ↄuerti: qꝛ pferens eam potest ipsam ↄuertere. ⁊ qn̄ petebatur ratio pp̄ter quam petrus non pōt. ⁊ sortes pōt. dī ꝙ est ꝙ ly ego significat semꝑ rē de se loquētem. Et ideo in ppōne quā sor. dixit subꝫ supponit pro sorte ⁊ est vā: ⁊ si petrus vellet eā ↄuertere supponeret pro petro: ⁊ est falsum.

Ad z^m ¶ Ad z^m ↄcediᷓ ꝙ plato nō pōt istā sibi dictā cōuertere. tu es plato. cū h̄ stat ꝙ pferēs eā pōt. ⁊ ideo illa rō arguit pro ↄ̄ne z°. ¶ Rōnes post oppositū arguunt pro correlario ↄ̄nis pme. Hec de qōne. Qō. XX.

¶ Questio ↄsequēter mota est super eodē textu ⁊ caplo.

